Consensus ad cedendum, de Villa Dobesławiec, in Terra Halicien. Gnoso Alberto Swierski in personas, Gnosorum Ioannis, Stanislai, Iabłonowski, et Annæ Ostrozanka, coniugum; datur.

Sigismundus III etc. Significamus etc. Consensisse nos et permisisse, consentireque et permittere præsentibus literis nostris, Nobili Alberto Swierski, ut possit iure Aduitalicio, sibi super villam Dobeslawiec in Terra Halicien. sita, seruien. Generosis Joanni Stanislao Jablonowski Aulico nostro, et Annæ Ostrorozanka, coniugibus cedere. Quæ quidem Cessio, postquam legitimum sortita fuerit effectum, nobis erit rata et grata. Eiusque ac præsentis Consensus Nostri vigore prædictam villam, cum omnibus attinen. et pertinen. antiquitus ad eam spectan. prænominati coniuges, ambo insolidum tenebunt, habebunt, possidebunt, ad extrema vitæ vtriusque sui tempora. Promittimus autem pro nobis, et Serenissimis successoribus nostris, eosdem coniuges, quamdiu vixerint, vel alter eorum supervixerit, in vsu et pacifica possessione villæ eius conseruaturos. Ratione cuius Aduitalitatis, quartam prouentuum partem, Rauam quotannis inferre tenebuntur. Iuribus nostris Regalibus Reipublicæ Catholicæ saluis etc. In cuius rei fidem etc. Datum Varsauiæ die xi Mensis Februarij Anno quo supra.

Sigismundus Rex

Petrus Zeronski

Consensus ad cedendum, de Villa Dobeslawiec, in Terra Halicien. Gnoso Alberto Swierski in personas, Gnosor. Ioannis, Stanislai, Iablonowski, et Annæ Ostrorozanka, coniugum; datur.

Sigismundus III etc. Scamus etc. Consensisse nos et permisisse, consentireq et permittere præsen[tibus] l[itte]ris n[ost]ris, Nobili Alberto Swierski, vt possit iure Aduitalicio, sibi super villam Dobeslawiec in Terra Halicien. sit. servien. Generosis Ioanni Stanislao Iablonowski, Aulico n[ost]ro, et Annæ Ostrorozanka, coniugibus cedere. Quæ quidem Cessio, postquam legitimum sortita fuerit effectum, nobis erit rata et grata. Eiusq. ac p[rese]ntis Consensus N[ost]ri vigore prædictam villam, cum o[mn]ibus attinen. et pertinen. antiquitus ad eam spectan. prænoati coniuges, ambo insolidum tenebunt, habebunt, possidebunt, ad extrema vitæ vtriusq. sui tempora. Promittimus autem pro nobis, et Ser[enissi]mis successoribus n[ost]ris, eosdem coniuges, quamdiu vixerint, vel alter eorum superuixerit, in vsu et pacca possone villæ eius conseruaturos. Rne cuius Aduitalitatis, quartam prouentuu[m] partem, Rauam quotannis inferre tenebuntur. Iuribus n[ost]ris Regalibus Reipubq. Catholicæ saluis etc. In cuius rei fid. etc. Datum Varsauiæ d[ie] XI Men. Februarij Anno quo sup.

Sigismundus Rex

Petrus Zeronski.

## Generosus Paulus Tryzna Ca=
pneus Staroduben͠sis Ius suum feudale
super bona Boratyn et Krasnin in Ducatu
Severien͠ consisten͠ in personam Mgci
Petri Tryzna Palatini Bracławien͠
cedit et condescendit.

Sigismundus III rex. Significamus etc. Quod coram no=
bis et Actis Cancellariae Nrae Minoris personaliter com=
parens, Generosus Paulus Tryzna, Capitaneus Sta=
rodebensis Aulicus et Camerae familiaris Serenissi=
mi Principis Vladislai filij Nri charmi sanus men=
te ac corpore exnus a Terris, Districtibus, Palatina=
tibus foro, iure, iurisdictioneq sua quavis propria et
competenti recedens, Huic aut Iuri quo ad actum
praesentem spectat se se cum successoribus ac bonis suis
oibus subijciens et incorporans palam publice libere, expres=
sisq recognovit verbis. Quia ipse vigore Consensus nostri
sibi a nobis benigne dati, de omni et integro iure suo feu=
di, sibi super certa bona, Baturyn et Krasnin, in Du=

Generosus Paulus Tryzna Capitaneus Starodubensis ius suum fœudale super bona Boratyn et Krasnin in Ducatu Seueriensi consisten. in personam Mgci Petri Tryzna Palatini Barnauien. cedit et condescendit.

Sigismundus III zc. Significamus zc. Quod coram nobis et Actis Cancellariæ Nræ Minoris personaliter comparens, Generosus Paulus Tryzna, Capitaneus Starodebensis Aulicus et Cameræ familiaris Serenissimi Principis Vladislai filij Nri charmi sanus mente ac corpore exns à Terris, Districtibus, Palatinatibus foro, iure, iurisdictioneq sua quauis propria et competenti receden. Huic aut Iuri Nræ quo ad actum prntem spectat se se cum successoribus ac bonis suis oibus subijcien. et incorporan. palam publicè libere, expressisq recognouit verbis. Quia ipse vigore Consensus nostri sibi à nobis benignè dati, de omni et integro iure suo feudi, sibi super certa bona, Baturyn et Krasnin, in Du

catu Seneñ et Districtu Nouogroden consistentia o=
mnibusq praefatorum bonorum attinentijs et pertinentijs
commodisq et emolumentis, Magco Petro Tryzna
Palto Pernauien, cedit et condescendit, omneq
ius suum ad eadq bona sibi seruiens nihil pro se
suisq successoribus reservando, in personam ips, plena=
rie transfert et transfundit. Hac sua personali
recognitione ad praemissa mediante. Quam nos ratam
et gratam habentes, ad acta praesentia suscipi et ex
eisq authentice extradi mandauimus. In cuius rei
fidq praesen sigillum Regni est appressum. Actum
et Datum Varsauiae Feria Tertia ante Festum
Sancti Valentini proxa. Anno Dni MDCXX
XI Regnor nrorum A. Rellao ut sup.

# Confirmatio Intercisae Seu certi Contractus inter

catu Seneriensi et Districtu Nowogrodensi consistentia omnibusque præfatorum bonorum attinentijs et pertinentijs commodisque et emolumentis, Magnifico Petro Tryzna Palatino Pernaviensi, cedit et condescendit, omneque ius suum ad eadem bona sibi serviens nihil pro se suisque successoribus reservando, in personam ipsius plenarie transfert et transfundit. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Quam nos ratam et gratam habentes, ad acta præsentia suscipi et ex eisdem authentice extradi mandavimus. In cuius rei fidem præsentibus sigillum Regni est appressum. Actum et Datum Varsaviæ Feria Tertia ante Festum Sancti Valentini proxima. Anno Domini MDCXX XI Regnorum nostrorum. Relatio ut supra.

## Confirmatio Intercisæ seu certi Contractus inter